Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ecclesiastici

pro ram ysitationem meam. Si bal
samum non mittam odor me. Ego
si terebinthus extendi ramos meos.
rami mei honoris et gratie. Ego si
ut vitis fructificavi suavitatem odoris.
et flores mei fructus honoris et iocun
ditatis. Ego mater pulchre dilectionis. et
timoris et agnitionis et sancte spei. In me
omnis gratia viae et veritatis. In me omnis
spes vitae et virtutis. Transite ad me
omnes qui concupiscitis me. et a genimi
bus meis implemini. Spiritus enim meus
super mel dulcis. et hereditas mea super
mel et favum. Memoria mea in ge
nerationem seculorum. Qui edunt me
adhuc esurient. et qui bibunt me
adhuc sitient. Qui audit me non
confundetur. et qui operantur in me non
peccabunt. Qui elucidant me vi
tam eternam habebunt. Hec omnia li
ber vitae. et testamentum altissimi. et ag
nitio veritatis. Legem mandavit mo
yses in preceptis iustitiae. et hereditatem
domui iacob. et israel promissiones. po
suit david pro suo excitare regem
excelsum fortissimum. in throno honoris
sedentem in sempiternum. Qui implet
sicut phison sapientiam. et sicut tigris i
diebus novorum. Qui adimplet quasi
eufrates sensum. et quasi multiplicat
sicut iordanis in tempore messis. Qui ostendit
disciplinam sicut lucem. et assistens
sicut gyon in die vindemie. Qui perscrut
atus est semitam. et in fortitudine non
vacillavit eam. Amavit eum ha
bitavit cogitatio eius. et abyssum
eius in abysso magna. Ego sapi
entia effundi flumina. ego sicut trames aque
immense de fluvio. Ego sicut fluvius
doctrine. et sicut aque ductus exivi de pa
radiso. Dixi rigabo hortum meum
plantationum. et inebriabo parietes
meos fructus. Et ecce factus est mihi
tramis habundans. et fluvius meus
perrexit ad mare. quo doctrinam assi
milabo illuminabo omnes. et
narrabo usque in longinquum. pe
netrabo omnes inferiores partes terre. et in
spiciam omnes dormientes. et illumi
nabo omnes sperantes in domino. Adhuc
doctrinam quasi prophetiam effundam.
et relinquam illam generationibus sapientium.
et non desinam in generationes seculorum
venturorum. Videte quoniam non solum
mihi laboravi. sed omnibus exquirentibus
veritatem.

XXV.

Triubus placuit
spiritui meo. que sunt pulchra coram
deo et hominibus. Concordia fratrum.
et amor proximorum. et vir et mulier sibi
invicem adiutantes. Tres species odivit
anima mea. et aggravor nimis esse
illorum. Pauperem superbum. et divitem
mendacem. et senem fatuum et insensa
tum. Iniuriantem tua bona non re
gratiantem. quorum iniuriantes ea insenectum
te tua. Nuptiosum canentem in
diebus. et pauperem agnoscere iudicium. Quia
spectosum facietis in
mellem et iudicium. Corona senum
multa peritia. et gloria illorum timor dei.
Nonem in suspicabilia cordis mag
nificavi. et decimum dicam in lingua ho
minibus. Homo qui letificatur in fi
lius filiorum. et videns subversionem
inimicorum suorum. Beatus qui habitat
cum muliere sensata. et qui lingua sua
non delapsus est. et qui non servivit in
digno se. Beatus qui invenit a
micum verum. et qui enarrat iustitiam
auris audientis. Quam magnus qui
invenit sapiam. et scientiam. et non est
super timentes dominum. Timor dei super
omnia superponit. Beatus homo cui do
natum est habere timorem dei. Qui te
net illum cui assimilabitur. Timor
dei initium dilectionis eius. fidei autem
initium adglutinandum est ei. Omnis
plaga tristicia cordis est. et omnis
malicia nequitia mulieris. et omnes